

"Rege Hispaniæ est, transportati sunt. Et cum cognosce-
 "remus, quod libri isti omni sapientia pleni, decrevimus e-
 "os stylo ferreo exprimere, uti & alios, qui ad manus no-
 "stras pervenerunt, inter quos liber iste est præstantissimus.
 "Præterea pervenerant ad manus nostras alia XII. exempla-
 "ria ejusdem libri, quæ contulimus, & cognovimus, quod
 "convenient, nihilque discriminis inter ea intercedat, ne-
 "que in vocibus, neque in literis, neque in sensu. Et quo-
 "niam egregium usum in illo libro cognovimus, decrevimus
 "illum typis subjicere. Scriptum inventum est, hunc librum
 "appellari librum Recti, qui ideò sic appellatus est, quod
 "omnes res ordine sint conscriptæ, prout olim factæ sunt,
 "secundum antecedentia & consequentia. Non invenies
 "in illo libro res præcedentes postpositas, aut consequen-
 "tes præpositas, sed omnia enarrantur loco & tempore suo.
 "Hinc invenies dici aliquem mortuum esse hoc vel isto an-
 "no &c. Et propterea vocarunt illum librum Recti, quam-
 "vis vulgo etiam sit appellatus ספר תולדות אדם li-
 "ber generationis Adami, a primis istius libri vocibus, Ex his
 "editoris verbis, cognoscimus, librum illum historicum pro
 "genuino libro Recti venditari. Si quæras, quæ in eo de
 "statione Solis & Davidis epicedio legantur: respondemus,
 "historiam tantum usque ad Judicum ætatem pertexi, initio
 "ab Adamo facta, adeoque nihil de Davidis carmine, in obi-
 "tum Saulis exarato, in eo reperiri; stationem vero Solis Jo-
 "suæ temporibus factam in eodem recenseri verbis sequenti-
 "bus:

ויהוים יי לפני בני ישראל

Et conturbavit eos

ויכום מכה גדולה בגבעון

*Dominus coram Israe-
litis, & percussit eos cla-*

וירדפם דרך מעלה בית

*de magna in Gibeon, &
persecutus est eos in via*

הורון עד מקדוה וינוסו בפני

*adscensus Beth Horonis
usque ad Makedam, &*

ישראל: ויהי בנוסם וישלך

usque ad Makedam, &

וי